

**Strena Suffridi Petri Leovardiensis Frisii V.I.C. Missa  
Ampliss. Ordinib. Frisiæ**

**Petrus, Suffridus**

**Franekerae, 1591**

Apostrophe Ad Frisonem Frisonicæ gentis conditorem: qua eius vita  
summatim perstringitur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69115](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-69115)

# APOSTROPHE AD FRISONEM

Frisonicæ gentis conditorem : qua eius  
vita summatim perstringitur.



*RISO pater Frisonum Frisia*ī* conditor alme,  
Ortus Ianigena sacro de stemmate Semi.  
India cū Benedicta bibens ubi Fresia Gangē  
Exilio tristata tuo Palibothron Agrammen  
Invīsum recipit fracta cervice Tyrannum  
Dulce solum patriæ, dulcesq; relinquīs amicos  
Formaturus abis pariter lingua m̄q; manu m̄q;  
Cecropiasq; petis primum studiosus Athenas,  
Socraticumq; colis vigili pietate Platonem.  
Hinc & Amyntiade stragemata clara Philippi,  
Miro te stimulant subeundi Martis amore.  
Ut Duce sub tanto tractandis miles in armis  
Et laudem famamq; tibi, nomenq; parares.  
At simul egregium sua fata tulere Philippum  
Mox inter Macedūmq; Duces proceresq; resulges,  
Pellei Iuvenis victoria castra sequitus  
Conciliis armisq; potens, ubi fœdere Martis  
Cognitus Agathocles Macedūm fortissimus Heros.  
Egregiam forma natam tibi contulit Hyllam*

A P O S T R O P H E

Quæ tibi formosam conjunx dilecta puellam  
Edidit, & septem præstanti robore natos.

At postquam Lachesis fatalia stamina magno  
Rupit Alexandro, & passim jam gliscere motus  
Inciperent, qua terra patet regnaret Erinnys,  
Armaretq; Duces in vulnera mutua cunctos  
Dum ferro flammisq; parant discernere, tanti  
Cujus in arbitrio maneant fastigia Regni,  
Et juga dejicerent gentes invisa subactæ,  
Ne consanguineas faceret tua dextera cades  
Intestina pio vitasti bella recessu:  
Fixuris placidam felici numine sedem.

Inde rebellanti Sadracotto viribus impar  
Militiæ sacramento planeq; solitus  
Cedis, & ambigua tutela castra relinquis  
Agrammisq; fide nixus Palibothrarevisis  
Quosq; ostracismis ejecerat iste Tyrannus,  
Tu tibi fortunæ socios adjungis, amicos:  
Cum quibus ad Lagide Prolemæ Regna profectus,  
Cognatos Phariis habitantes discis in oris  
Dilecti q; simul vigilas in commoda Regis.  
Sed simul ac vindex heminum domitorq; Leonum.

Prosofer armipotens, animoq; infractus & acer,  
Lysimachus Macedum votis communibus eset

*Threicius*

Threiciis praefectus agris, bellumq; superbus,  
 Ferret in Odrysiis adverso Marte feroceis,  
 Tum te Mensphiticis generum revocavit ab oris,  
 Patrisuppetias Agathocles. Tuq; paratus  
 Advenis, ac doct& quantum facundia lingue  
 Posit, inexpertos redigens in fœdera Thraces,  
 Et sua Lysimachum revocans in Regna solutum  
 Ostendis: Quæprona tuis occasio rebus  
 Evenit, qua notitiam, nomenq; parares,  
 Inter vicinas Thracum ad confinia gentes  
 Lysimachus quoniam Thracum tunc sceptr'a tenebat  
 Quæq; per Arctoum dispargitur insula pontum  
 Omnis ad Agathoclem spectabat subdita Regem  
 Cum queis Germanæ celebrant commercia gentes  
 Teuthonus hinc, Cimberq; tibi, Gothus atq; Caycus  
 Vandalus & Suevus, Cattusq; & Bructerus acer  
 Innotuit, patriasq; viam detexit ad oras:  
 In quibus ut vastas deserta per avia sylvas,  
 Infestosq; feris montes, inultaq; rura  
 Immensesq; lacus, nec non vastissima stagna  
 Audieras, & cuncta modis horrentia miris  
 Nec mare nec fluvios ullo insuper aggere cingi.  
 Posse putas dignos hanc terram reddere fructus,  
 Si modo cultura non desi idoneus author.

A 4

Hinc

A P O S T R O P H E

Hinc tibi propositum fatis dictibus ortum est,  
Sedibus hic fixis patrios stabilire penates:  
Quod quia commendat Proceres, gratantur amici  
Instruis armatas remis velisq; carinas:  
Et cum prima fuit, proris occasio ventis,  
Transmittis pelagus numerosa classe profundum.  
Optataq; subis terrae, qua Cymbrica Tethys  
Littore germano positos Flevum inter & Albin,  
Vndis lambebat flavos Aquilone Suevos.  
Hic tibi mox bellum terraq; mariq; gerendum  
Incidit, haud dubius infestum utring; periclis,  
Nam liber per aperta ruens tum littora Nereus  
Castris saepe tuis incommoda maxima fecit:  
Et quia nec fluviis certus fuit alveus ullis,  
Invia navigiis, & curribus invia terra,  
Magna ex parte fuit, gelidam qua vergit in Arcton;  
Parte sed ex alia melioribus incola terris  
Subnixus, manibusq; ferox, & viverer rapto  
Assuetus, callensq; dolos, fraudesq; viarum  
Sæva per insidias injustaq; pralia movit:  
Quætu continuò perpendens mente sagaci,  
Prospicis adverso subeunda pericula marte,  
Ni rigidam per amica domes stratagemata turbam.  
Hinc igitur versis in commoda publica curis,

Claruit

A D F R I S O N E M .

Claruit egregiis tua mox industria factis.  
Noctes atq; dies toto conamine tentas  
Molis objectis, fluctus arcerem marinos.  
Et cohære suo furibundum Nerea ponto  
Aggeribus, fluviosq; suis includere ripis.  
Atq; emissariis ipsos frenare vagantes,  
Hac ratione satis, hac pratis debita reddis.  
Arva, quibus constent degende commoda vita:  
Consulis Agricolis & Marti consulis ipsi  
Vnde alimenta tuis, unde & defensio constet.  
Cumque latrociniis ferverent omnia diris,  
Et grassarentur prædones undique saevi,  
Et nihil in domibus tutum, nihil eset in arvis  
Securum, sed ubique truces, sed ubiq; feroceſ  
Ingruerent homines, qui mensi robore jura  
Vexarent miseros Furiis crudelius ipſis,  
Vi tibi sit rerum custodia certa tuarum,  
Defendasque tuos homines, hostemque repellas;  
Septem castra tue rata per confinia terræ,  
Non longis disjuncta locis recto ordine condis.  
Tum Regnum ut populo, populum ut proventibus auctum  
Dites ac largis locupletem fructibus ornes,  
Postremo primoque situ quæ castra locaras  
Inviolabilibus sancte firmantur asylis

Hie

## A P O S T R O P H E

Hic celebres ludi, celebres hic nundinæ aguntur

Hic fiunt Graïo spectacula publica more,

Hic quacunque juvent animos, quacunque titillent

Omnia consilio satagis proponere canto.

Quoqz magis possent conventus eſe frequentes

Securum facis à castris ad castra meatum,

Atque peregrinos ultrò citroqz reducis,

Armata comitante manu, remorisqz revulsis

Per totos reddis commercia libera fines:

Inde latrocinii & furtis atque rapinis

Flagitiisqz aliis tollendis jura reclidis

Et rem cuiqz suam tutam, tamqz grabatum

Reddis, & insolita populos in pace gubernas

Artibus ingenuis gymnasia plura docendis

Extruis, ac doctis immania pectora mulces:

His rebus per Teuthoniam non anteà visis

Magna tui populos subit admiratio cunctos.

Et qui te parta nuper detrudere terra

Tentabant, tecum, positis per fœdera bellis

Nectere amicitia cupiunt jam vincula sancta.

Accipis ista libens, sed quo magis ipsa futuris

Temporibus rata perdurent, illustria natis

Connubia exquiris, sacerdos in gente potentes

Expetis, & quorum regitur Germania nutu:

Vt

Vi maribus velut obsidibus, plebisqz, patrumqz  
 Communi tecum pacto sancita, perennis  
 Transeat ad genitos pax inviolata nepotes.  
 His ita confectis, socias foedere gentes  
 Expolis, ac nimia dudum ruditate feroce,  
 Iugiter instituens armis ac legibus ornas.  
 Tum tibi concordi meritis pro talibus ore  
 Præmia persolvunt gratae post foedera gentes  
 Te patriæ patrem, belli pacisqz peritum,  
 Proclamant populi quos tunc Germania novit.  
 Hinc te limitibus mox præfecere tuendis  
Qua tum finitimi tibi sternabantur ad Austrum,  
 Cauchi, Bruuterii, Uilti, Batavi, atque Sicambri:  
 Et quo tuta forent populis commercia cunctis,  
 Tempore quos illo, vasto Germania tractu  
 Arheno veteres ad Cimbros usque fovebat  
 Iugiter est commissa tua via Regia cura.  
Quin & ab adverso, Boreali ex parte tuenda  
 Telluris commissa fuit tibi cura, marinos  
 Adversus fluctus, pratisque satisqz nocentes,  
 Ac ne communem per talia munia servum  
 Te statuisse sibi possint fortasse videri,  
 Non Libertatis modo verum & Nobilitatis  
 Æterno sacrant tibi privilegia jure

Nam

APOSTROPHE AD FRISONEM.

Nam quia communem patriam defendis & ornas  
Vi numeris impleta suis defensio constet  
Munere te vita merito debere putarunt  
Liberiore frui, sentire gravamina Regni  
Nulla, sed à cunctis securam ducere vitam.

Liber & immunis cunctorum prorsus ut essem  
Nec nummos ad bella foris subeunda, nec ullos  
Te conferre viros, sed tantum utrumque tueri  
In Frisia fines cupiunt, Germania nervos  
Hinc capit, & solidas firmato robore vires.  
Utq[ue] etiam meritis digni praestentur honores,  
Nobilitas totum tibi confirmatur in ævum:  
Arma dedere tibi Clypeique insigne decorum  
Commisum quod clara notet per symbola munus.

Ista tibi natisque tuis Germania grata  
Sanxit, ad aeternos hinc transmittenda nepotes;  
Natorum tibi primus Adel, tibi Vitho secundus,  
Tertius est Gailo, quartus numerabitur Hajo  
Hetto quintus erit, sed sextus in ordine Scholto  
Septimus est Æsgo. Quorum de stirpe propago  
Nobilium terræ Frisiae septemplice pendet  
Ex quibus illustres generoso sanguine multas  
Condecorata domos porro Germania ducit.

Lib. Colleg. Soc. Li. Soc. Paderborn. a° 1610  
FINIS.